Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Bellvm sabinvm TI. XV

urn:nbn:de:bsz:31-270805

Visual Library

ſæ: cũ ius ciuitatis/ ꝑtem imperii/ ac magiſtratuũ poſcerent: pari impio atq̃ iá amplius q̃ congredi auderent/ quo tpe quis ceſſiſſe hoſtẽ mirabitur: Cũ alter cõſulum filiũ ſuum qa contra imperium pugnauerit q̃uis uictorem occiderit/ quaſi plus ĩ imperio eſſet: quã ĩ uictoria. Alter q̃ſi monitu deoꝝ capite uelato primũ ante aciẽ diis manibus ſe deuouerit: ut incõfertiſsima ſe hoſtiũ tela iaculatus: nouũ ad uictoriã iter ſanguis ſui ſemita aperiret.

BELLVM SABINVM TI. XV.

A Latinis aggreſſus ẽ gentẽ Sabinorum: qui imemores facti ſub Tito Tatio affinitatis/ quodã cõtagio belli ſe Latinis adiũxerunt. Sed Curio Dẽtato cõſule: omnẽ eum tractũ quã Nar ambit fonteſq̃ Velini Adriatico tenus mari/ igne ferroq̃ uaſtauit qua uictoria tãtum hominũ tantũ agrorũ redactum in ꝑtãtem: ut in utro plus eſſet ne ipſe poſſet exiſtimare: qui uicerat.

BELLVM SAMNITICVM. TI. XVI.

P Recibus deinde Cãpanie motus nõ pro ſe: ſed qđ eſt ſpecioſius/ ꝓ ſociis Samnitas ĩuadit. Erat fedus cũ utriſq̃ percuſſum: ſed hoc Cãpani ſãctius & prius oĩum ſuorum dedicatiõe fecerũt Sic ergo Romanus bellum Samniticũ tanq̃ ſibi geſſit. Omniũ nõ modo Italia: ſed toto orbe terrarum pulcherrima Campanie plaga eſt: nihil mollius cœlo deniq̃ bis floribus uernat: nihil uberius ſole: ideo Liberi Cereriſq̃ certamen dicitur: nihil hoſpitalius mari: hic illi nobiles portus: Caieta Miſenus: & tepentes fontibus Baie: Lucrinus & Auernus/ q̃dam maris ocia: hic amicti uitibus montes Gaurus: Falernus. Maſsicus & pulcherrimus oĩum Veſuuius Aetnei ignis imitator. Vrbes ad mař formiæ. Cumæ. Puteoli. Neapolis. Herculaneũ. Pompei. & ipſa caput urbium Capua: quondã ĩter tres maxĩas Romam Carthaginemq̃ nũera. Pro hac urbe iis regionibus. P. R. Samnitas ĩuaſit: gentẽ ſi opulẽtiã